

Iatis & Monasteriis. & hoc sit illis concessū.  
 Sequit̄ q̄ sicut cū licētia Sacristę potest in Mo-  
 nasterijs Mendicantiū simplex Sacerdos secu-  
 laris Sacramentum Eucharistię ministrare: ita  
 etiam in Monasterijs Monialium potest Sacer-  
 dos secularis cum licentia Confessoris Mo-  
 nialium, aut Capellani id ipsum secularibus  
 ministrare: in hoc enim vis communicatiua  
 priuilegiorum consistit. Cætera ad hanc mate-  
 riam pertinentia vide ver. Capitula Prouin-  
 cialia, nu. & ver. Reges Catholici, nu. &  
 verb. Sacramenta, num. & verb. Unctio Ex-  
 trema, num.

**COMMUNICATIO Priuilegiorum.**

*De singulorum Ordinum Mendicantium Priuile-  
 legiis quibus inter se communicant.*

*De mutua & expressa communicatione priuilegio-  
 rum vtriusq; Ordinis Predicatorum scilicet  
 & Minorum.*

¶ **¶** Ultra ea quæ dicta sunt in principio hu-  
 ius tractatus de numero Ordinum Mendicanti-  
 um, & de mutua suorum priuilegiorum cō-  
 municatione, aduerte, q̄ Sixtus. 4. notabilem

Q 9 5 fecit